



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz Toletani è Societate Iesv

Álvarez de Paz, Jacobo

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. XI. De Secundo instrumento ad assequendam virtutem, nempè de
Appretiatione eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46634)

Eius obtentione laboret. Si autem aliquam in se virtutem agnouerit, Deum eius auctorem sciat, & pro ea gratias agat, & non statim à labore cesset, & se in coenū teporis deiiciat. Quod enim virtutis & puritatis habet, comparatione eius, quod nō habet, est quasi in comparatione celestis globi, gutta quædam roris exigua. Stultum est autem, ex tanta exiguitate per superbiam inflari, & non magis in profectum virtutis, laboris assiduitate contendere.

De Secundo Instrumento ad assequendam virtutem, nempe de Appretiatione eius.

CAPVT XI.

OMNIA, quæ hætenus dicta sunt, ad primum instrumentum assequendæ virtutis pertinent, scilicet ad cognitionem virtutis, quod non potuimus breuius enodare: nunc ad reliqua contractiori sermone exponenda transeamus. Secundum ergo instrumentum est æstimatio & appretiatio virtutis, vt nempe iustus super

per omnia creata, virtutem, & mentis suæ puritatem, & ornatum æstimare, & maximè reputari studeat. Ad hoc autem conferent tum incitamenta singulis virtutibus apposita: tum ea, quæ supra de virtutis honestate, vtilitate, voluptate, pulchritudine, & necessitate sunt dicta. Quæ attentè meditata hanc virtutis æstimationem, quam optamus, procul dubio gignēt. Sed præter hæc, nunc aliquas considerationes adiicio, quibus profundè perpensis, quilibet spiritualis vitæ cultor magnam erga virtutem, tum reuerentiam, tum æstimationem concipiet.

Prima Consideratio: Virtutes hominem Deo similem faciunt, & sui conditoris imitorem. Cùm enim Deum audimus, statim mente concipimus Dominum quendam, omnium rerum creatorem, sapientissimum, iustissimum, misericordissimum, patientissimum, purissimum, benignissimum, omniumq; aliarum perfectionum plenissimum. Virtutes autem hæc eadem homini tribuunt;

O 6 nam

nam faciunt eum prudentem, iustum, misericordem, temperatum, fortem, mitem; alijsque similibus perfectionibus imbuunt, quibus pulchra quaedam Dei similitudo, & perfectionum eius imitatio conspicitur. Quamobrem Ioannes nos charitate, & virtutibus, ab ea manantibus, filios Dei fieri, id est, similes illi, profitetur, dicens:

Ioan. 1.12.

Quotquot autem receperunt eum, de eis potestatem filios Dei fieri. Nam illi, qui per fidem Christum in cordibus suis excipiunt, hoc magno dono cumulati sunt, ut charitate & virtutibus aduenientibus, Dei filij & Deo similes efficiantur.

Ipseque Dominus nos ad charitatem, beneficentiam, & reliquas virtutes hortatur, quia eis cōsequemur, ut simus filij Patris nostri, qui in cœlis est. Ut, inquam, per gratiam, & virtutis effecti Deo similes, & naturæ diuinæ confortes, hæredes simus regni cœlorum. Egregiè sanè Gregorius

Matt. 5.

44.

Nissenus explicat, qua ratione similes Deo virtutum possessione reddemur: *Sicut formas hominū, inquit, per colores.*

Nissen. de creat. homin c. 5.

Nissenus explicat, qua ratione similes Deo virtutum possessione reddemur: *Sicut formas hominū, inquit, per colores.*

colores quosdā, pictores in tabulis trās-
ferunt, tincturas proprias congruasque
miscentes, ita vt primæuæ formæ decor
in similitudinē diligentissima mutatio-
ne transmigret: sic intelligo nostræ sub-
statiæ formatore, velut quibusdā virtu-
tū colorib. mirā pulchritudinē suæ ima-
gini cōtulisse, in nobis exprimentē pro-
priū principatum. Sunt autē multipli-
ces & multiformes colores huius imagi-
nis, quibus vera forma similitudo de-
pingitur, non cerussa & purpurisso, nec
horum mixta cū altero qualitas, nec a-
licui⁹ nigredinis superductio, cilia ocu-
losque subliniit, & per aliquod tempe-
ramentū depressa & concaua, assimila-
tur character, vel quæcunq; similia pi-
ctorū man⁹ artificis cōposuere solertia:
sed pro istis adest puritas, impassibili-
tas, beatitudo, maliq; totius auersio, &
quæcunq; generis istius existūt, per quæ
in hominib. imprimitur similitudo di-
uina. Talibus floribus mirabilis cōditor
imaginē propriā, id est, naturā nostræ
cōditionis ornauit. Et ad idem optimē
Augustinus ait: Similitudo Dei in vo-
bis, in moribus cernenda est; vt sicut
Deus,

Aug. trac. 1.
de creat.

primi ho-
minis.
To. 9.

Deus, qui hominem ad imaginem & similitudinem suam creavit, charitas est, & bonus, & iustus, & patiens, & mitis, ac misericors, & cetera virtutum sacra insignia, quae de Deo leguntur: ita homo creatus est, ut haberet charitatem, ut bonus esset, & iustus, & patiens, ac mitis, mundus, ac misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque habet in seipso, tanto propinquior est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si vero, quod absit, aliquis per devia vitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degenerans, oberrer: tunc fiet de eo, quod scriptum est: *Ps. 48. 13.* Homo cum in honore esset, non intellexit. Haec illi. Si ergo res pretiosissima est, hominem esse Deo similem, quanti aestimanda a nobis est virtus, cuius participatione hanc similitudinem creatoris induimus, & filij eius sanctissimi, patris mores praefereutes appellamur? Saepè homo cupit videri, quod non est; & cum sit ignarus, aut ignobilis, aut vitijis sordidus, vult sapiens, nobilis, & virtutibus apparere. Cupiat igitur virtutum omnium possessionem,

sionem, qua non externa tantū spe-
 cie, aut per hypocrisim, sed re vera e-
 rit & apparebit sapiens & illustris,
 & mundus, quia erit similis Deo, &
 filius Dei. Sed profectō quanta res
 sit, hominem similem esse Deo, non
 potest plenē in hac vita cognosci:
Charissimi, inquit Ioannes Apосто- 1. Ioa. 3. 2.
 lus, *nunc filij Dei sumus*, & nondum
 apparuit, quid erimus. Scimus quoniā
 cū apparuerit, similes ei erimus, &
 videbimus eum sicuti est. Nunc, inquā,
 gratiā & virtutum adeptione sumus
 filij Dei: quid maius, quid dignius,
 aut pretiosius, quā nos esse filios
 Dei? Si autem id nondum apparet, si
 id in hac vita nostram certam noti-
 tiam fugit, nec ob suam magnitudi-
 nem nunc potest agnosci, scimus
 quōd aliquando tandem id nobis pa-
 tefiet, & de tam eximiā dignita-
 tis adeptione latabimur. Cū ve-
 rō hoc apparuerit, videbimus nos si-
 miles Deo, quod ex eo maximē co-
 gnoscetur, quia videbimus eum si-
 cuti est. Lux enim & pulchritudo,
 & claritas, non potest nisi à luce, &
 pul-

pul-

pulchritudine, & claritate cognosci. Si ergò Deum intuebimur, eius utique similitudinem participabimus, & sicut ut ipse (quo nihil est maius) lucidi, & decori, & illustres, & planè dij participatione erimus.

Secunda consideratio: Virtutibus vitæ spiritualis statum habemus, & nostro muneri satisfacimus. Hoc quanti momenti sit, hac similitudine perspicuum erit. Senatores reipublicæ duo habent ad suam dignitatem pertinentia: Alterum continet externa dignitatis senatoriæ insignia, ut togatam vestem, & virgam, quam in manu gestant, & si quæ sunt alia, quibus à populo iudices cognoscantur & habeantur: Alterum verò est, in quo huius dignitatis substantia consistit, & sine quo rectè administrari nõ valet: illud autem est, quòd à rege gubernandi reipublicam & iudicandi potestatem acceperint; & peritiam legum necessariam, ac re-ctitudinem ad hoc munus obeundũ, propria industria cõquisierint. Illud

pri-

licuius rei, quæ antea vilis habebatur, æstimatio, facit nos, vt manibus & pedibus in eius æstimationem eamus, quam antea ex corde contempsimus. Hoc Hispania nostra quotidie experitur, cui in tanta sæculi huius felicitate positæ, inter alias miseras hæc, non sine risu aliarum nationum, dominatur, quòd singulis ætatibus, quin & in vna etate, varijs indumentorum & pileorum generibus, ab alijs gentib. per imitationem mutatis, vtitur. Fitque, vt quæ multis dominatur gentibus, omnium earum in hac parte seruiat erroribus, & magnum sibi videatur assumpsisse cultus vestitusq; splendorem, si nullam respuat aliorum hominum vanitatem. Demus ergò in Hispaniam aliquem ex nobilibus Gallia aut Anglia venisse, pro more suæ gentis vestimentis indutum, quæ maximè ab vsu Hispania dissentiant: primum non sine tædio & risu à nostris conspicitur, & insueta forma vestimenti contemnitur. Deinde assuetudine videndi, minus displicet; post aliquot dies placet.

cet.

cet. Iam aulici nostri regis, qui in hoc sunt vanissimis vaniores, peregrinū cultum imitantur, & more Gallorū aut Anglorum pileati vel induti progrediuntur. Quis non videat post nōnullos menses, quibus vanitas ista in gentem nostram se diffudit, vestimentū illud maximè placere in magno pretio haberi, & qui illud non gestet, penè rubore suffundi? Id potest vanitas, cur idem non poterit veritas? Talē æstimationem vanissimorum hominum vsus inuexit, qui auorū suorū grauitatem & parciatatem abiecerunt, qua fuere omnib. gentibus formidabiles; cur eandem regis regum, & omnium aulicorum suorū vsus non inferat, & vestib. curiæ coelestis æstimationem non præbeat? Deus ipse, o homo, virtutibus tanquam vestimētis induitur, quæ licet alterius rationis à nostris sint, tamen virtutes, id est, Dei perfectiones esse non desinunt. *Vestimentum*

Dan. 7. 9. eius, inquit Daniel, candidū quasi nix.
Theo. ora. Quòd, auctore Theodoro, significat inculpatam sanctamq; diuinā naturam.

turam. Neq; enim ille, qui incorporeus est, serico, aut auro aut alijs corporalibus vestimentis induitur; sed indumeta eius sūt puritas, sanctitas, misericordia, iustitia, & perfectiones reliquæ, quæ licet diuersis appellationibus nominetur, à sua diuina natura non differunt. Angeli etiam Dei virtutibus induuntur. Nam & in suæ conditionis exordio, fide, spe, charitate, obediētia, & alijs virtutū actionibus meruerunt, quam nunc possident, beatitudinem. His virtutib. aut alijs perfectioribus, quæ in locū earum successerunt, adhuc in coelestibus sedibus exornantur. Et ideò candidi, splendidi, alati iuuenes nobis apparent, vt in his conditionib. corporalibus, quæ in incorpoream naturam non cadunt, eorū puritatem, sapientiam, obedientiam, fortitudinē, & virtutes reliquas agnoscamus. Splendidissimo namq; habitu ornati conspiciuntur, *non quod tunicis operiuntur & pallijs,* inquit Ambrosius, 10. de *sed cum sit in illis natiuitatis sua nuda substantia, vestiti videntur esse, quod san-*

Amb. ser.

Angel.

san-

sancti sunt. At sancti Beati de nullo alio vestimento, nisi de virtute multiplici gloriantur. Quare de Ecclesia ad coenam Agni vocata, & cum Domino in coelis regnante, in Apocalypsi dictum est: *Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido.*

Aug in
Ps. 51.

Ne autem ambigere mus quid hac veste signaretur, addit: *Byssum enim iustificationes sunt sanctorum.* Virtutes ergo, ac bona opera in terris facta, Sanctos in coelis circumdant: & qui in terris plus huius supellectilis abundat, illic gloriae est abundantior & ditior. Egregieque Augustinus inquit: *Non tunicas inspecturi sumus in regno caelorum, sed vestis cuiuscumque fulgor iustitiae deputabitur.* De iustis autem, qui adhuc in Ecclesia militant, potius tacendum esset, quia certum est, quod virtutibus tanquam in-

Ro. 13. 14. dumentis fulgere contendunt. His
Coloss. 12. dicitur, *vt induant Dominum Iesum Christum*, id est, vt eius se virtutibus operiant. Et *vt induant viscera misericordiae*, & aliarum virtutum, quas Paulus enumerat. *Sapiens*, ait pul-
chrè

primum aliquid quidem est, sed parū est. Ad eò vt si quis absque potestate à rege accepta, illa senatorum insignia gestauerit, dignus sit, quòd vt minus aut sycophanta ab omnibus rideatur. Istud autem secundum maximi pretij est, quoniam hominem facit senatorem, & iudicem, & in dignitate, & Prælatione constituit. Vnde si potestatem & peritiam necessariam habens, casu aliquo signis externis caruerit, non ob id senatoriam dignitatem aut meritum magni honoris amisit. Ita prorsus in illis, qui spiritualē vitam profitentur, eadē duo sunt consideranda, nempè & huius vitæ signa & indicia, atq; eiusdem vitæ natura & substantia. In signis continentur religiosus habitus, cæremoniæ asperitates, ieiunia, & si quæ sunt alia, quæ vt folia huius vitæ fructus operiunt & protegunt. Substantia verò non est alia, quàm multiplex virtus, ex qua coalescit decor spiritualis conuersationis. Substantia huius vitæ est charitas, est humilitas, est paupertas, est castitas, est obedi-

bedi-

bedientia, est mansuetudo, est denique id omne, quod nos bonos facit, & ad mentis puritatem conducit. Addeò vt si hæc adsint, licet illa ex legitima causa defint, quia nimirum inter hæreticos sanctæ Philosophiæ habitum gestare non possumus, aut inter sæculares ordinis cæremonias & prostrationes intermittimus; aut præ inualitudine ieiunare, & alijs asperitatibus insistere non valeamus non ob id spiritualis vita à nobis abscedat. Sed virtutes defint, licet illa externa nos cingant, spiritualem vitam deserimus, & in religiosa etiam professione ad vitam sæcularem & carnalem dilabimur. Immò & ex eo maximè reprehensibiles erimus, quia non iam semel aut iterum mendaciū proferimus, sed sèper tota nostra vita & conuersatione mētīmur. Quod namque perniciosius mendacium excogitare possumus, quàm illud, quo veste & signis externis nos spirituales viros dicimus, cum tamen moribus longissimè à vita spiritali distemus? *Ve peccatori*, inquit Eccl-
 cle-

eleſtaſticus, terram ingredienti dua- *Eccl. 2. 14.*
 bus vijs. Et quiſnam veriùs ingreditur
 duabus vijs, quàm ille, qui nititur,
 duobus dominis, Deo externis indi-
 cijs, & mundo, moribus & actione
 ſeruire? Hic ſanè ſicut prophetę Baal,
claudicat in duas partes: & contra *3. Reg.*
 præceptum Domini: *Non indueris* *18. 21.*
veſtimento, quod ex lana linoq; conte- *Deu. 22. 08.*
xtum eſt: intus malitia, exteriùs vir-
 tutis oſtentione ſe veſtit. Et ſecundũ
 ſpiritum illud quoque mandatum
 tranſgreditur: *Nõ ſeres vineam tuam* *Deu. 22. 9.*
altero ſemine, ne & ſementis, quã ſeui-
ſti, & qua naſcuntur ex vinea, pariter
ſanctificentur. Semina namque diuer-
 ſa ſunt, profeſſio ſpiritualis, & vita
 carnalis, & dum hanc illi admiſce-
 mus, aliquid immundum, nempè
 quod carnale eſt, quaſi Domino con-
 ſecramus. Similis eſt, qui ita viuit,
 Simoni illi Cyrenęo, qui (vt ſcitè di-
 xit Gregorius) *crucẽ portat, ſed nequa-* *Greg. 8.*
quã moritur; quia omnis hypocrita, *mor. 6. 2.*
 corpus quidem per abſtinentiã affi-
 cit, ſed tamen per amorem glorię
 mundo viuit. Ita hic, qui ſigna ſpiri-
 tua-

tua-

tualis vitæ præfert, substantiam verò
 eius, nempe virtutem, deponit, cru-
 cem quidem exteriùs portat, quia
 corpus illis exterioribus signis, qua-
 si cruci, affigit, sed mortem iustorù,
 qua mundo moriatur, subire detre-
 ctat. Si ergò virtus est vitæ nostræ
 substantia qua sanctè viuimus, & si-
 ne qua, aut manifestè, aut occultè,
 mali sumus: quanti æstimanda est,
 quàm magni facienda, nisi fortè ve-
 limus profanis hominibus, qui apud
 omnes peruersè viuunt, annumerari,
 aut (quod ex parte peius est) cum si-
 mulatoribus & hypocritis poni?

Tertia consideratio: Virtutes sunt,
 quas Deus, quas Angeli, quas sancti,
 quas etiam peccatores, & peruersi
 homines magno in pretio habent:
 mirum autem erit, si spiritualis vitæ
 cultor eas magno non reputet, & pre-
 tiosissimas æstimet. Ita sanè natura
 comparatum est, vt ea æstimemus,
 quæ omnes sine vlla contradictione
 suspiciunt, & quæ à nemine vidimus
 fuisse contempta. Quin & sæpè hu-
 manæ opinionis mutatio, & noua a-
 licuius

chrè Ambrosius, nunquam inanis est, *Amb 2. de*
 semper in se habens amictū prudentiæ, *Iac. c. 5.*
 qui potest dicere: Iustitiā induebā, &
 vestiebā iudiciū, sicut dixit Iob. Nam- *Iac. 29. 14.*
 que hæc mentis sunt interna velamina,
 quæ nemo alius possit auferre, nisi cum
 aliquē sua culpa despoliat. Deniq, sic
 despoliatus Adam, nudus inuētus est. At
 verò Ioseph vestimento exteriori reie-
 cto, nudus non erat, qui salua habebat
 indumēta virtutis. Iniqui tandem has
 vestes nō habēt, sed illæ tam glorio-
 sæ sunt, vt sæpè eas se habere & ge-
 stare mentiātur. Conantur enim osten-
 dere in imagine, vt ait Gregorius, quod *Greg. 5.*
 non habent in veritate. Si ergò Sācto *mor. c. 4.*
 rum, & Sancti sanctorum vestes sunt
 virtutes, non quidē ex peregrino re-
 gno ascitæ, sed reipublicæ cęlestis &
 & Ecclesiæ proprię: Si has vestes ma-
 gnates regni cęlorū & Ecclesiæ pro-
 ceres gestant, & magni æstimāt; æ-
 quum profectò est, vt nos eas æstime-
 mus, & his honoris insignibus ami-
 ciri gestiamus.

Quarta consideratio. Virtus est,
 qua in hac vita pascimur, & cōscien-
 tiæ

tia morsus sedamus, eiusque possessione vitam quietam tranquillamque ducimus. Sicut cibus corporeus, carnem, ita humilitas, & charitas, & quæuis alia virtus mentem reficit & recreat. Nullusque animam habet robustam, & vt oportet, benè refectā, nisi his pretiosis alimentis pascatur:

Ps. 101. 5. *Percussus sum, inquit Sanctus David, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Percutitur quidem homo peccatorum vulneribus & plagis, aret autem imbecillitate. Quare? nisi quia non edit panem suū. Quis est panis eius nisi virtus? Nam præcepta de virtutibus data sunt. Panis verò iste, quem sanctus Propheta commemorat, *panis est præcepti*, vt

Aug. ib.

Ecc. 14. 17

Augustinus interpretatur: vnde virtutis panis est, cuius defectus, vulnera & infirmitatem attulit. Sine hoc pane, in hac vita famem patimur, & in futura præ fame deficiemus. Quare Ecclesiasticus ait: *Ante obitum tuū operare iustitiam; quoniam non est apud inferos inuenire cibum.* Ac si dicat, cibus meritorum hinc deferendus

dus est, quo ibi pascamur, cum pro
 meritis æternam gloriam recipie-
 mus. Optimus sanè cibus, qui in æ-
 ternitate nos coronat, sed de hoc sta-
 tim, & in hac vita abundè sustentat.
 Atque adeò Ambrosius explicans il- Pro. 21. 1.
 lud Prouerbiorum: *Quando sederis, Amb. 1.*
*vt comedas cum principe, diligèter at- offic. c. 31.
tende, quæ apposita sunt ante faciem
tuam, sapienter ait: Illud conuiuium
Salomonis, non de cibis, sed de operibus
est bonis. Quo enim melius epulatur a-
nimi quàm bonis factis? Aut quid aliud
tam facile potest iustorum implere mē-
tes, quàm boni operis conscientia? Cui au-
tem iucundior cibus, quàm facere volū-
tatem Dei? Quem cibum sibi solū abū-
dare Dominus memorauit, sicut scri-
ptum est in Euangelio: Meus cibus est, vt Io 4 34.
faciam voluntatē Patris mei, qui in cæ-
lis est. Hoc mirabili cibo, stomachi,
 idest, conscientia, ardorem & desi-
 derium compescimus, quæ nullo a-
 lio nisi virtutibus satiatur, & quod-
 cunq; aliud intuleris, graui ipsa do-
 lore torquetur. Diuitiæ mordent il-
 lam, honores inquietant, voluptates*

Ber. l. de
 interiore
 domo. c.
 22.

luctui & tristitijs immergunt: virtus
 verò illam exhilarat, & indicibili
 quadam ratione tranquillat. Adeò vt
 sola virtute, & bonitate ipsa fœlix
 fit, licèt omnia alia aduer. è succe-
 dāt. Et hoc testatur Bernardus, dicēs:
*Bona conscientia secura erit, cū corpus
 morietur: secura, cū anima Deo præ-
 sentabitur: secura, cum vtrumq; in die
 iudicij ante tribunal terrificū iusti Iu-
 dicis statuetur. Futuræ beatitudinis nō
 est vtilius remediū, nec certius testimo-
 niū bona consciētia: cū mundus omni
 volubilitate circumrotetur, ploret, ri-
 deat, pereat, transeat; nunquam mar-
 cescit bona cōscientia. Subijciatur cor-
 pus in pœna, in ieiunijs marceretur, ver-
 berib. lanietur, equuleo distēdatur, gla-
 dio trucidetur, crucis supplicio affiga-
 tur, & secura erit cōscientia. Hęc con-
 scientiæ bonitatē non aliud, quā san-
 cta opera & virtutes faciūt; illæ er-
 gò sunt, quæ conscientiæ quietē affe-
 runt; illæ, quæ vt optimi cibi ipsi sa-
 tisfaciūt, ne in nos tāquam in crude-
 les clamet, & querimonijs infestet.
 Si nobis pretiosa videtur interna
 quies,*

quies, pretiosa videatur & virtus, quæ mentē pacat, imò & Dominum ad in illa quiescēdū inuitat. Postquā enim hominē ad imaginē suam condidit, & similitudine sua, sc. gratia & multiplici virtute, vestiuit, requieuit ab omni opere, quod patrarat. Et testatus est, se non requiescere nisi super humilem, & quietum, & trementem ad verba sua. Hic autem nō est alius, nisi qui turbationem vitiorum abiecit, & pacem virtutum acquisiuit.

Quinta consideratio: Virtutes sunt, quæ iustos, ex hac vita emigrātes, comitantur, & eos in cœlesti patria coronant. Reliqua omnia, diuitias, honores, voluptates, cognatos, amicos, in transitu mortis volentes nolentesve dimittimus, aut potius ipsa nos deserūt, nec nobiscum abire volūt. Solę virtutes ac virtutū actiones, vt sodales fidelissimæ, nos in hac longa profectioe sequuntur. Et vox de cœlo dicit Ioanni: *Opera enim illorum sequuntur illos: Sequuntur quidē vt diuitiæ nostræ, quas solas nobis-* *Ap. 14. 13*

P 3 cum

cum deferre datum est, cum tamē temporales diuitiæ in hac vita remaneant. Sequuntur vt famuli, quib. vndique stipamur, vt more illustriū virorum in cœlum intremus. Sequuntur vt trophæa, seu vt spolia lectissima, quæ ex multiplici victoria, de hostibus obtenta, parauimus. Sequuntur vt amici familiares Dei, qui ante illum audent os aperire, mercedem petere, & nos de seruata fidelitate laudare. Opera illorum sequuntur illos, inquit Bernardus: *Ad quid sequuntur, nisi vt laudēt eos in portis: Ad quid sequuntur, nisi vt multiplicētur à fructu eorū, & accipientes de fructu manuum suarum, saginentur vituli, quos ex prophético testimonio, cum reedificabuntur muri Ierusalem, super altare Domini nouimus imponendos?* Animā etiam virtutibus, ac bonis operib. constipari, dum ex hac mortalitate in vitam immortalem egreditur, Canticū canticorum declarat: Ibi enim siue de Ecclesia, siue de qualibet iusta anima dicitur Cantic. 3. ver. 6. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut*

*Ber. ser.
2. omn.
sanct.*

*virgula fumi ex aromatibus myrrhae
 & thuris, & vniuersi pulueris pigmentari.* Ascendit anima de deserto, delitis, hoc est virtutibus, affluens, *in-*
nixa super dilectum suum; quia virtute homini, virtutes congregat, & è
 ternis ad coelestia se eleuat. Ascendit quasi ex pulueribus pigmentorum composita, quia non tantum virtutes congregat, sed & eas sollicita discussione, ne aliquid se vitiosum immisceat, diligenter examinat. Pigmenta quippe facimus; inquit Gregorius, quando virtutes congregamus in corde. Quando verò ipsas nostras virtutes, per singula quaeq; opera diligentius retrahamus, ne quid in operibus nostris incultum remaneat, ne inter virtutes vitium lateat, tunc proculdubio vnguenta virtutum quasi in puluerem trahimus, vt eo mundiora sint opera nostra, quo subtilius ea ab omni subreptione vitiorum discernere non cessamus. Virtutes ergo in aliam vitam euntes, nos cingunt, & praemio ac corona nobilitant. Tantum enim quisque in coelesti sede mercedis accipiet, quantum in terra in-

Can. 8. 5.

Greg. ibi

Aug. 22.
de ciu.

Hieron.

Basil. epi.
42 ad Ma-
ximum.

virtutibus congregandis, & sanctis operibus faciendis, laborauerit. Denique primum virtutis, inquit Augustin. erit ipse, qui virtutē dedit, et se ipsum, quo melius & maius nihil potest esse, promisit. Et Hieron. Vnusquisque operibus suis mercedē accipiet, nec possunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorū vitia subleuare: Quanti ergo valoris sunt veræ virtutes, & studiosæ ex eis proueniētes actiones, quæ non vt falsa bona in tempore necessitatis nos deserūt, sed tunc fideliter nos iuant, nos circumstant, & in possessionem æternæ hæreditatis inuehūt. Verè virtus, vt inquit Basilius, est pretiosa possessio, ad quam obtinendam nulli sumptui, labori nulli parcendū est. Quod si huius sæculi bona aliquando in magno pretio habuimus, nunc vera bona, scilicet virtutes, vt pretiosissimas opes, cupiamus.

His considerationibus & alijs similib. poteris te, o spiritualis vir, ad magnā æstimationem virtutis mouere. Enitendumque tibi est, vt eam super omnes res creatas maximi facias.

Ec.

Et sicut aliqui sæculares homines in tantū honorem suū æstimant, & sunt boni nominis cupidi, vt propter illud opes profundere, & vitam ipsam dilapidare non timeant: Ita debes virtutem appetiari & diligere, vt propter eam omnia visibilia posthabeas, & in omnibus, quæ aggressus fueris, nihil aliud nisi virtutē, & mētis puritatem, & quod in idem recidit, Dei beneplacitū, & gratissimam voluntatem exquiras. Hæc semel de virtute concepta æstimatio faciet, vt diligenter alijs instrumentis ad eam assequendā vtaris, & omnia, quæ ad illam comparandam fuerint necessaria, non nisi facilia, & leuia existimes.

*De tertio Instrumento, nempe de
postulatione Vir-
tutis.*

CAPVT XII.

VNVM ex præcipuis medijs, siue instrumentis acquirendorū doctorum,

P. 5 norum,